



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 51. Ottonis cum Pontifice jurgia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII.  
A.C. 1209.

§. LI.

*Ottonis cum Pontifice jurgia.*

*Godefr. mo.* **H**aud multum effluxit temporis, cum  
*an. 1209.* nova jurgia pacem inter Imperato-  
rem & Pontificem turbarunt. Magistra-  
tus enim urbium Italiæ Ottoni sugges-  
serunt; ipsum fuisse deceptum, quod  
Ditiones Mathildis Comitissæ restituere  
promisisset. Superiorum temporum  
Pontifices, hujus feminæ, præ senio pro-  
pemodum delirantis, facilitate abusos,  
tot Ditiones impetrasse. Ergo Otto Im-  
perator, insuperhabita jurisjurandi, sa-  
pius editi, fide, reddere illas terras re-  
cusavit, ac etiam urbes Regis Siciliæ oc-  
cupare aggressus est, quod diceret, Apu-  
liam intra Imperii fines contineri. Pa-  
pa per Archiepiscopum Pisanum, alias  
que Præsules, Ottonem monuit; pro-  
missis suis, jurejurando firmatis, staret,  
Ecclesiæ, postulante Justitia, satisfaceret,

*Math. Paris.* sed incassum. Objiciebat enim Impera-  
*an. 1210.* tor, priore se obligari juramento, quo  
promisisset, se Jura Imperii conservatu-  
rum & defensurum, ac affirmabat, illo  
temporis spatio, quo vacasset, Papam &  
Regem Siciliæ complures ditiones Im-  
perii usurpasse. Tandem usque adeo  
utrinque exacerbati sunt animi, ut Inno-  
centius Papa Ottonem Imperatorem an-  
no sequente millesimo ducentesimo de-  
cimo

cimo excommunicationis fulmine per- Sæcul. XIII.  
casserit; cumque ille multo acrius in- A.C. 1209.  
dignaretur, & omnes, quacunque in cau-  
sa Romam ituros, prohiberet, Papa cun-  
ctos ejus subditos a juramento & fide i-  
psi præstata absolvit, poenam excommu-  
nicationis in eos decernens, qui ipsum  
Imperatorem agnoscerent. Hic effectus  
& exitus fuit decem annorum conatus,  
quo Pontifex Ottonem, præ alio, tandem  
ad Imperii solium evexerat.

## §. LII.

*Rex Angliae excommunicatur.*

Imperatore excommunicato, Regis An- *Math. Paris.*  
gliæ, quem jam prius Papa, lata sen- *an. 1209.*  
tentia, a Communione Fidelium exclu-  
serat, in Sacram Sedem odium multo  
acrius accensum est. Jam ferme bien- *Sup. n. 31.*  
num consumptum erat, ex quo Interdi-  
cto Ecclesiastico Anglia subjacebat, &  
Rex Joannes in Viros Ecclesiasticos ac  
etiam quosdam Laicos furebat. Tum *40. ep. 211.*  
Papa duodecima die Januarii, anno mil-  
lesimo ducentesimo nono, missis manda-  
tis, Episcopos Londinensem, Elisionem  
& Wigornensem, Regem excommuni-  
catum denunciare jussérat, nisi intra tri-  
mestre, quod ipsius nomine Abbas Bel-  
lilocensis promiserat, lœsæ Ecclesiæ da-  
mma resarciret. Tres vero illi Episcopi,  
qui, Interdicto promulgato, ex Anglia

N 3

solve-